

De intenta imperii romani et Constantiaq[ue] prof.
et origine Saracena.

Hn
582

Q. D. B. V.

Diversas

Diversarum gentium

IRRUPPTIONES, IMPERIO LATINORUM OCCIDENTALI

quondam maxime fatales,

d. 14. Maii Anni decurrentis

post peracta sacra matutina

QUIDAM JUVENES

in

GYMNASIO ZITTAVIENSI

succinctis quibusdam orationibus recensebunt,

His, ut

MAGNIFICI CURIAE PROCERES,

reique literariae

PATRONI & FAUTORES

benevolas praebere aures dignentur,

ea, qua par est, observantia

petit

M. Adam Erdmann MIRUS,

Gynn. Con-Rect.

ZITTAE.

Charactere Michaelis Hartmanni.

199.





Uo florentiores res Imperii Romani per quatuor priora secula fuerunt; eo tristiora deinde decrementa haberunt. Constantimum M. terra marique invictissimum principem facies quodammodo ad fatale hoc malum praetulisse, nemo inficias ire potest. Cum enim, relicta Roma, Imperii sedem Constantinopolin transtulisset, legionesque, quas in Occidente habebat validissimas, in Orientem maxima ex parte adduxisset; multis gentibus nationibusque in praedam intentis, Occidentis limites patuerunt. Pronam ad interitum viam aperuit divisio Imperii a Theodosio M. inter filios duos Arcadium & Honorium facta, ut ille Orientale, hic Occidentale teneret. Ita omnes cum hac divisione Imperii vires fractae & debilitatae sunt, ut Occidens sua in dies decrementa cerneret. Malum imminens auxit cum procerum assida discordia, tum aperta Rufini, Stiliconis aliorumque perfidia. Inde factum, ut Imperium Occidentale modo infinitatem perciperet; modo gravioribus morbis luctaretur; modo interitum singulis formidabilem haberet. Initium prodigiosae hujus mutationis statim incidi in tempora Arcadii ac Honorii. Sacer Imperii ordo omnino dissolutus est sub Augustulo. Nec Italia ante Caroli M. tempora vel verticem erigere, vel ex continuis bellorum fluctibus emergere potuit, sed finem unius mali alterius initium habuit. Gentes, quae Imperium Occidentale turbarunt, cum aliae fuerunt; tum potissimum Franci, Heruli, Gothi, Hunni, Vandali, Longobardi, Alani, Burgundiones & Saraceni. Franci Germaniae populi jam sub Aurelio fines invadere Galliae tentaverant. Repressi vero tamdiu quieverunt, donec a Gallis ad repetandas illas terras ultro invitarentur. Fax & tuba tantorum motuum praes Romanorum Festus fuit, crudelitate pariter atque libidine incolis exosus. Hinc, abjecto Romanorum jugo, quod a tempore Julii Caesaris gestaverant, in auxilium Francos vocarunt, & effecerunt, ut, imperfecto Feste, pulcherrimas in Gallia civitates novi foederis socii sibi subjicerent, novum regnum erigerent, atque perpetua felicitate firmarent. In summis Italiae turbis eam terram invasit Herulorum rex Odoacer. Profectus enim a Rugis cum Herulorum, Thorcilingorum & Scirorum manu, cum Roma Imperium Romanum in Occidente everit, Contra eum copias quidem suas duxit Orestes dux Imperatoris, easque validissimas; sed vicit ab Herulis, omne robur Italiae perdidit. Odoacer Romanum ingressus triumphantis more, magnas caedes tam in urbe, quam extra urbem fecit. Novus Italiae rex agrorum tertiam partem suis attribuens, nullum genus crudelitatis intermisit. Cumque multorum in se invidiam provocasset; Zeno Imperator Orientis, missio in Italiam exercitu, Odoacrum vicit, captumque interfici curavit. Gothi antiquam sedem in Scythia ad Tanaim & in Taurica Chersoneso habuerunt. Deinde in Thraciam & Pannoniam progressi sunt, ibique ex indulgentia Valentis Caesaris firmas sedes posuerunt. Successu temporis, divisio agmine, pars in Galliam, Hispaniam & Mauritaniam penetravit,

atque

atque West-Gothiam condidit. Alii se in Italiam contulerunt, a quibus Ost-Gothia nominata est. Hi Roman orbis dominam sibi subjecerunt, & peragrata Campania, Apulia, Lucania atque Calabria, variis numerarunt reges, donec regnum vi acquisitum plane amitterent. West-Gothi vero in Galliam effusi, mox superiores, mox inferiores variis fortunae casus experti sunt, donec tandem a Saracenis vieti prostrati, Hispaniam e faucibus eruptam doleret. Hunnos duplices fuisse, albos & nigros, varia antiquitatis monumenta prodiderunt. Illos nominamus Orientales, Persis supra Oxum conterminos. Hos Occidentales, qui Nomadum nomine efferuntur. Hi ex Scythia egressi praedaeque cupidi, varias terras peragrarunt, donec Attila duce in proximas Danubio regiones penetrarent. Exosa his populis quies, bellorum subinde quaesitae causae. Conabatur quidem Theodosius Imperator armata vi furem eorum rabiemque reprimere; vires tamen non diu post ita collegerunt, ut Martiano ejus successori imperarent vestigalia. Mox Attila asperi moris tenax cum validissimo agmine per Germaniam & Italiam vagatus est, & caedibus, incendiisque omnia loca replevit. Cumque pari crudelitate peragrasset Galliam; Franci, Gothi aliquie, foedere inter se facto, ducenta millia Hunnorum interfecerunt. Attritus hoc praelio Attila, cum Hunnis in Pannoniam rediit, regnique sedem ibi firmavit. Non diu post sanguinis profluvio interiit, reliquo Chaba filio, qui cum reliquiis Hunnorum in Scythiam reversus est. Redierunt postmodum populi efferati domi, pugnaces foris, diuq; Hungariam obtinuerunt, donec Ugri & Juhri ex Russiac sylvis prodirent, & hodiernam Hungarorum gentem conderent. In hac rerum perturbatione Vandali quoque multas dederunt turbas. Hi enim, vastata Gallia, cum Suevis & Alanis ingressi sunt Hispaniae eam partem, quae nunc Vandalusia vocatur. Deinde, reliquis sociis, Suevis quidem in Gallacia, & Alanis in Lusitania, Africam occuparunt, & tam diu regnarunt, donec Belisarius dux Justiniani regnum eorum destrueret. Sub hoc Vandalorum regno orthodoxa Dei ecclesia gravissimis persecutionum procellis agitata est. Cum enim Genericus rex eorum Carthaginem cepisset; templa eripere Catholicis, eaque Arianis tradere, reintentes crudeliter habere, nullus dubitavit. Filius ejus Honoricus patre crudelior caedibus, tormentis & exiliis contra eos graffatus est. Nec prius haec persecutio cessavit, quam Vandalicum regnum destrueretur, licet per intervalla quiesceret, restitutis aliquando in integrum Orthodoxis, mox iterum per Arianos expulsis. Longobardos fuisse Germaniae populos, cum Strabone & Ptolemaeo alii doceant, Bellicosissimi hi populi egressi sunt in eam Pannoniae partem, quae Italiae vicinior est. A Narsete Justini II. duce in Italiam evocati ingressi eam sunt, multisque occupatis urbibus, regnum Longobardicum exerunt. Tanta illud incrementa habuit, ut barbari spe improba omnem Italiam complectentur. Desiderius ultimus eorum rex a Carolo M. vietus & in Galliam abductus est, cum ab ipso Longobardorum ingressu in Italiam regnum eorum stetisset annos

nos sexcentos. Alani, docente Dionie a Massageris ducunt originem. Sub Adriano Imperatore invaserant Mediam. Deinde paulatim ex Asia in Europam venerunt. & circa Danubium fluvium resederunt. Cumque tempora ingruerent, barbarorum irruptionibus variis formidolosa; nec Alani ab Hunnis pressi impetum eorum sustinere poterunt, sed novas sibi fides quaeferunt. Non diu post, Hunnis adjuvantibus, quos olim hostes erant experti, de sedibus suis Grutungos deturbarunt. Efferati hi populi postmodum cum aliis Barbaris societatem iniverunt, bellorumque causas quaeferunt. Sub Honorio Alaricus Gothos, Alanos & Hunnos ex inferiori Pannonia in Italiam evocavit, effecitque, ut rapinis, caedibus & incendiis omnia miscerentur. Cumque Gallia, pulsis Vandalis, Francorum crudelitati pateret; Alani juncti Suevis & Vandals ingressi sunt Hispaniam. Mox Genericum Vandalorum regem ex Hispania in Africam fecuti sunt, regnumque novum exercent. Nec Genericus, cum ex Africa in Italiam trajiceret, meliores audacias five socios, five ministros his Vandals invenit. Sic nunquam nec quieti, nec contenti acquisitis terrae finibus fuerunt Alani, donec tandem temporum iniquitate omnino attererentur. Burgundiones more aliarum gentium non contenti sedibus suis, varia loca occuparunt. Cum enim Gothos patenter graves, eorumque crudelitatem avertere minus possent; novas apud Alemanno fides quaeferunt. Magnum terrae tractum occuparunt, qui inter Alpes & Maguntinum agrum intercipitur; cum mox cum Vandals Suevisque iter facerent in alias Galliae partes, regnumque ibi erigerent, quod Burgundiae nomine exprimebatur. Succelus temporis in tantum fastigium illud excrevit, ut utramque Burgundiam, agrum Lugdunensem, Delphinatum & Provinciam ambitu suo complecteretur. Serior quidem, sed longe immanior fuit Saracenorum impetus & Christianae reipublicae maxime fatalis. Collecti illi sunt ex agresti Arabum manu, atque duce & antesignano Muhammeda a Sara, Abrahami conjugi, sibi nomen attribuerunt. Obruerunt multas variasque terras, more tempestatis alicuius repentinae, & incolis miseris trifurciter iteritum accelerarunt. Majora incrementa habuissent, nisi Caroli Martelli invicta virtus perversis eorum conatus frenum injecisset. Ipsi postea Saraceni discordia dilapsi, in quinq; partes abierunt, quarum tres priores Persarum Turcarumque potentia absorpsit; quartam Gothorum fortitudo in Hispania atrivit; ultima in Mauritania resedit, & potentissima regna in illa terra erexit. Interim Saraceni Turcis juncti, vastum illud imperium, quod vulgo Osmannicum dicitur, exerent, quodq; plurima per Africam, Asiam & Europam regna complectitur. Praetereo alias gentes, quae Imperio Occidentali tristem ruinam accelerarunt, numero quidem plures, quam haec pagina capere posst. Consideratur igitur hos quietis publicae turbatores; non temporis seriem observare luet, sed ad sequentem ordinem dicenda omnia revocabimus.

Antecedentia quidem proponet Johann Gottfried Heinze/ Z. L.

Dialogum habebunt germanicum adolescentes duo,

Carolus Wengel de Lanckisch, Z. L. & Johannes Gottfried Häntschel/ Hennersd. Luf.

Salomon Gottlieb Schletter/ Dietersch. Luf. res Francorum recensabit.

Johannes Gottfried Johnne/ Hirschfeld. Luf. Herulos habebit.

Johannes Gottfried Händel/ Hertzberg Sax. Gothorum bella adjiciet.

In dialogum secundum eumque germanicum dicendum

Johannes Christianus Peschel/ Z. L. & Johannes Gottlieb Vießner/ Z. L.

Jonannes Georgius Göhle/ Oderwitz. Luf. effertos Hunnorum mores producit.

Augustus Gottlob Mirus, Z. L. enucleabit ad historiam Vandalorum pertinentia.

Johannes Gottfried Elßner/ Z. L. Longobardorum immanitatem ob oculos ponet.

Terrium colloquium inludent

Johannes Gottlob Löschbohr/ Z. L. & Christianus Gottlieb Dallmeyer/ Z. L.

Christianus Ehrenfried Eisersdorff/ Z. L. dicet de Alanis.

Johannes Friedrich Scholzer/ Z. L. Burgundiones enarrabit.

Christianus Friedrich Schwartzbach/ Z. L. Saracenorum impetum enucleabit.

Consequenti habebit Johann Gottfried Philippi, Geith. Mün.

Golloquo quarto claudent Actum:

Joh. Christianus Schubart/ Z. L. & Johannes David Arnold/ Z. L.

Cognovimus, quae a discipulis nostris expectanda sint. Hoc unum restat, ut DNN. PATRONI, FAUTORES & AMICI nobis indulgent gratiosam praesentiam. Quod ut faciant, qua possum observantia, oro rogitoque.

P. P. Dom, Cant, MDCCXVI.

VD18

M.C.

De intericta imperii romani et Constantini prof.
et origine Saracenar.

II n
582

Q. D. B. V.

Diversas

Diversarum gentium

IRRUPTIONES, IMPERIO LATINORUM CCIDENTALI

quondam maxime fatales,

14. Maii Anni decurrentis

post peracta sacra matutina

DAM JUVENES

in

SIO ZITTA VIENSI

quibusdam orationibus recensebunt,

His, ut

MAGNIFICI IAE PROCERES,

reique literariae

ONI & FAUTORES

volas praebere aures dignentur,

ea, qua par est, observantia

petit

Adam Erdmann MIRUS,

Gymn. Con-Rect.

ZITTA E.
racter Michaelis Hartmanni.

199.



Farbkarte #13

Centimetres

B I. G.

Black

White

3/Color

Red

Magenta

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches